pani Rykowski parentem suum desideratissimum, et praefatam Ge:
nerosam Theophilam de Ryki coniugem suam charissimam,
eorundem liberorum matrem, in Tutores, provisores, et curatores
veros ac legitimos constituit, eligit et praesentibus ordinat. Dans
et concedens iisdem praefatis Tutoribus et curatoribus praedictorum pupillorum
seu liberorum suorum plenariam facultatem absolutamque po:
testatem, recensitas filias suas, ad elocationem usque in matrimonium
vel religiosae vitae, per vel voluntate, receptum statum; praefatum vero
Filiastrum suum, ac alios per seregenerandos procreandos liberos, ad
debitam cuiusque aetatem, et per legum Regni dispositione statum,
instituendi, educandi, fovendi atque alendi; filias in matrimonium
elocandi vel religiosae vitae statui, (per vocatione singularium) addi:
cendi et iuxta proportionem bonorum à se derelinquendorum edotandi,
bonaque sua omnia regendi, gubernandi, administrandi, aliaque omnia om:
nia et Officia veros et certos Tutores de iure concernentia pro
compto sibi ipsorum fidei ac integritate et loquii circa praemissa prae:
scripto, obeundi et exercendi; excludens praenominato filiastro
suo, et (si quos divina annuerit procreari clementia) filiis suis,
tam praescripto Statutorum Regni ea super re sancitorum quam sua praesenti
inscriptione, sine consensu plenali eorundem Tutorum et curatorum
per fatos delectorum, quasvis inscriptiones et recognitiones, praesertim
vero resignationes ac obligationes bonorum, ad decursum vigintiqua:
tuor annorum, cuiuslibet sigillatim aetatis, recognoscendi facultatem,
sub nullitate praefatarum inscriptionum, ex vi dispositionis legum, secusque praesentibus factarum,

subsecutura.

---

subsecutura. Salva nihilominus, eandem Tutoriam meliorandi, emen:
dandi, cassandique, per communiter receptam consuetudinem, penes
eundem recognoscentem, quoad vixerit, remanente facultate.

Idem Filiastro cedit.

Coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
comparens personaliter Generosus Mathias Rybinski, sanus mente
et corpore existens; à Terrestribus, districtibus, iudiciis, iurisditionibusque
suis quibusvis propriis et competentibus recedendo; huic autem Ca:
strensi Capitaneali Premisliensi Officii iurisditioni se cum successoribus
ac bonis suis gratis omnibus, quoad actum praesentem, totaliter et ple:
narie incorporando atque subiiciendo palam libere publiceque ac
per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro iure
suo, vi Recognitione cota manuali sibi recognoscenti
per Illustrem et Magnificum Ioannem Nicolaum à Zurow
Danilowicz supremum Regni Thesaurarium, Premisliensem Cam:
berium Drohobycensem et Capitaneum, super summam Quinque
Millium florenorum pecuniae Polonicae data, et ad Tolneram aprem:
rati latius de praemissis testante, cum omnibus et singulis eiusdem
recognitionis punctis, clausulis, articulis, vigoribus, ligamentisque
universis eidem appositis; nec non de summa praescripta in eadem
recognitione expressa, cum totali ipsius proprietate et praerogativa,
nihil iuris dominii proprietatis et praerogativae competentiaeque,
ac quorumvis usufructuum et utilitatum ex praemissis omnibus

pro se vel suis successoribus aut alio quopiam reservans, seu ex:
cipiendo, sed in toto et plenarie prout praemissa omnia, eandem reco:
gnoscentem legitime concernebant, ac eidem modo praemisso ser:
viebant. Jam ex nunc et de facto Generoso Andreae Rybin:
ski filiastro et pupillo suo et ipsius successoribus, accepta
ab ipso plenaria ac sufficienti pro praemissis satisfactione ces:
sit et condescendit, prout praesentibus cedit et condescendit
perpetuo, totumque et integrum ius suum praemissorum omnium, in ipsum An:
dream Rybinski filiastrum suum, ac eius successores, totaliter
plenarieque transfudit, transtulit et incorporavit, prout transfun:
dit, transfert et incorporat per praesentes, Per ipsum Andream
Rybinski ac eius successores hoc idem ius cessum praemis:
sorum cum universis beneficiis et praerogativis, summam prae:
praescriptam cum suis utilitatibus et emolumentis tenendi habendi
pacificeque et quiete disponendi, cum plenaria facultate sum:
mam eandem tollendi, levandi percipiendi, de levata et per:
cepta quietandi, ac pro eadem si non fuerit soluta iure
agendi, ac praemissa tanquam sua propria in se et suos
successores beneplacitos quosvis usus libere convertendi;
vigore recognitionis praedictae ad praemissa sibi servientis, praecedentisque
cessi et transfusi iuris.

Zaboklicki Tutores inscri:bit.

Comparens

Comparens personaliter Coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capi:
tanealibus Premisliensibus Generosus Andreas Zaboklicki, sanus men:
te et corpore existens, à Terris, districtibus, iuribus, iuris:
ditionibusque suis quibusvis propriis et competentibus re:
cedendo; huic autem Castrensi Capitaneali Premisliensi
Officii iurisdictioni, se cum successoribus, ac bonis suis gene:
raliter omnibus, quoad actum praesentem, totaliter et ple:
narie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publi:
ce ac per expressum recognovit. Quia ipse mortalitati suae
conscius, consultumque iri cupiens [bonis] suis morte sua dere:
linquendis, liberisque suis Videlicet Generoso Joanni, Ma:
rianae, Zophiae, Annae, et Helisabethi filio et filiabus
suis, cum Generosa Anna Danilecka coniuge sua charissima
progenitis, et divina gratia natis, Illustrem et Magni:
ficum Joannem Nicolaum à Zurow Danilowice Su:
premum Regni Thesaurarium Premisliensem Samboriensem
Drohobyczensemque Capitaneum; Generosos Joan:
nem de Plesniowice fratrem Judicem Terrae Premisli:
ensis, Mathiam Rybinski; et Remigianum ac Venceslau:
um Zaboklickios fratres suos Patruelles, nec non e:
andem ipsam Annam Danilecka consortem suam charis:
simam; in tutores, curatores, bonorumque suorum deces:
su sui relinquendorum administratores, constituit, ordinat,